pta oīa et eorum Villas et possoēs vastissimas et amplissimas longo lateq́ tractu sese protenden̄ deripere, devastare, strues arborum et lignorū multo et diuturno labore et sumptu pro bonorum amplitudine more oeconomico praeparatas in ipso praecinctu demissionis in litoribus fluuiorum existen̄ ultra Sexaginta quatuor millium floren̄ polonical. pretio constan̄. De quibus idem Komorowski cū certis mercatoribus contraxerat, distrahere et diuendere, omniaq́ in nihilum redigere, circa eandemq́ irruptionem et inuasionem personas certas praecipuè vero in Arce Zywicen̄ Honestum Joannem Fiola Ciuem Zywiecen̄, necnon in Aula Sieliesnen̄ Laurentium Beruk de Villa Zablocie eorundem Actorū subditos, aliosq́ ipsorum familiares et subditos trucidare et interimere, cadauera illorum occultare, aliosq́ excessus grauissimos ibidem patrare, prout ex facto ipso hostiliter inuaserunt, bona eadem expoliarunt depraedatiq́ sunt, suprascriptas personas trucidarunt, multisq́ alys raōnibus in Jura Regni securitatis publicae excesserunt, ut eorum oīum protestaōnes officiosae factae latius canunt. Quo facto pacem securitatemq́ publicam violarunt, per excessus huiusmodi commissos in poenas legum inciderunt, pro quibus super ipsis iuxta qualitatē rei extenden̄ citati sunt. Ratione verò aliorum excessuū praeiudiciorum et grauaminū, saluis actionibus eisdem Actoribus alysq́ iniuriatis personis manent; Citaōnibus ipsis eo nomine extraditis praemissa oīa copiosius obloquen̄. In quibus Causis Judicium Castren̄ Capneale Oświecimen̄ in quo Magficūs Petrus Komorowski à Komorow Comes Liptovien̄ et Arauien̄ Capneus ꝑ Oswiecimen̄ praesidebat, ex controuersys partim praefatarū in Judicium suum introductis attento eo. Quoniam iudicium suum in certis causis iudiciarys cum diuersis personis in Judicio suo antea agitatis, bannitione protunc Actori Generoso Nicolao Komorowski obiecta non obstan̄te, ex rationibus in eiusdem decretis suis prolatis non esse eadem bannitione praefatum aggrauatum adinuenerat, et locū standi eundem habere agnouerat, eisdemq́ decretis suis vim et robur suum habentibus, hucusq́ in maioribus subsellys